

Rānae Rēgem Petunt

Rānae in lātīs aquīs habitāvērunt, liberāe sed nōn laetae erant. Clāmōre magnō ā Jove petīvērunt rēgem.

Juppiter rīsīt atque tigillum in aquam mīsīt, quod magnō sonitū rānās terruit. Tigillum diū in aquā jacuit. Forte ūna ē rānīs prōtulit ex aquā caput, et suum rēgem spectāvit. Deinde aliās ēvocāvit. Rānae timōrem dēsposuērunt et magnā celeritāte in lignum ascendērunt. Maledīxērunt quod tigillum erat rēx inūtilis. Itaque ā Jove alium rēgem petīvērunt.

Tum Juppiter serpentem horribilem mīsīt. Serpēns dente atrōcī rānās singulās rapuit. Rānae magnō cum timōre affectae sunt et vōcem etiam timōre repressit. Tandem rānam fortem ad Jovem mīsērunt. “Nōn jam,” ait, “rēgem rānae cupiunt. Subsidiū petunt.”

Juppiter, quod rānae bonum rēgem (id est, tigillum) nōn accēpērunt, subsidiū recūsāvit, et serpentem nōn ēripuit.

Itaque rānae, quod bonam fortūnam nōn tulērunt, nunc malam fortūnam pertulērunt.